



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinij Ordinis  
Vetustißimi Amplißimique, Nostra, ac supera ætate  
Jmmarcescibilis Vigor, ac Viror**

**Bucelin, Gabriel**

**[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.**

Iesu Christi Annus. M.DC.XXVI. Sancti Patris Benedicti. M.C.XLVII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38498**

debat modo plus amari quam timeri, sed ardentissimè amabat omnes, ipsa omnium amor & studium. Præter consuetas preces, quotidie meditationi mortis, vitæ spacium aliquod litabat, de qua cœlitus multoties certior facta posterioribus vitæ annis, solis de æternitate colloquijs; delectabatur. Dignitatem Abbatialem sic aspernata est, ut multoties, si per eam stetit, magna humillimæ mentis alacritate, sese abdicasset, solius DEI divinorumque desiderio flagrans. Tandem morbo gravissimo correpta, *cella*, quam *caelum suum* vocitabat, abscedere coacta, sororibus, quasi futurorum præfata: *Moriar brevi, ait, & levabimini propediem onere magno, postremumque illud erit, quod miseræ creature impenditis.* Effulserunt in suprema ægritudine Virtutum omnium in Renata infirma, perfectæ vires, patientia, abnegatio sui, comitas mirabilis, invicta quies cœlo affinis animi. Moritura omnia Ecclesiæ Sacramenta ministravit ipse Remensis Celsissimus Archiepiscopus Gabriel de Giffort noster, vir verè Apostolicus, quibus incredibili devotione & demissione susceptis, diem clausit extremum vigesima tertia Junij 1626. ætatis suæ quadragesimo primo, verè cœlis renata, ut immortaliter viveret in felicissima æternitate, cujus corpus, dignis tanta virtute exequijs honoratum, conditum est in Mausolæo Reginae Scotiae. *Ex Vita per R. P. Amandum Tribut, & alijs pl.*

*Cellam  
caelum suum  
vocat.*

*Mortem  
prædicat.*

*Sanctæ mo-  
ritur.*

*Claudius  
Crispiniensis  
Abbas.*

Extinguitur eodem anno, in signe Germaniæ inferioris lumen, Reverendissimus Dominus Claudius Lornel, celeberrimi in Hannonia Monasterij Crispiniensis Abbas, è S. Vedasti postulatus, vir miræ frugalitatis, innocentia & devotionis, hic moriturus, etsi præ debilitate vix movere se posset, sacro tamen viatico muniendus, ultro è lectulo exiliens, illud summa devotione genuflexus excepit.

IESU CHRISTI ANNUS. M.DC.XXVII.  
Sancti Patris Benedicti. M.C.XLVII.

**F**lorent insigni omnium admiratione, non sanctitatis solum nomine, sed summæ eruditionis fama & comprobatione lectissimæ Congregationes novæ, Anglicana in Belgio, & SS. Mauri, Vitoni & Hydulphi in Gallia,

*Varia Con-  
gregationes  
nunc flo-  
rentissima.*

Burgundia & Lotharingia, de quarum priore sic Balduinus Junius in Chron. Mor. Pag. 4. Caterum, inquit, Monachi isti Angli (quorum primi ex Hispanicis Vallisoletanæ Congregationis Monasterijs, in Belgium ac Lotharingiam venerunt) magna cum laude Philosophiam, ac Theologiam, publicè profitentur. Sic & Monachi pariter BENEDICTINI Congregationis Vitoniana in Lotharingia, Francia & Burgundia juventutem docent, catechizant, concionantur, sacras Confessiones audiunt, & alia munia ad proximorum salutem spectantia obeunt, &c. Unde rursus colligas quàm admirabilis DEUS in Sanctis suis, alijs, alijsque locis ex Ordine nostro perpetuo resuscitatis. Redivivum in suis sese posteris esse, quasi dans plausum, ex Archisterio suo Casinate, Magnus Monachorum Archidux BENEDICTUS & Patriarcha, memorabili prodigio hoc ipso anno suum splendorem prodidit. Consilio siquidem ibidem agitato, de ornando tanti Patris sepulchro, transferendaque ara majori indestructa (quod eam nimirum olim Alexander II. Pontifex Maximus tanta solemnitate in præsentia Archiepiscoporum decem, & quadraginta trium Episcoporum, ipse consecrasset) frustra id molientibus peritissimis Architectis, arâ eadem concubia nocte sponte loeo mota & prodigiosissima luce totum montem circumdante, Organis quoque pulsante mortalium nemine, auditis, alijsque sanè mirandis, singulari Numinis dispositione loci & Patroni sanctitatem contestantibus, &c. *Videatur Marcus Ant. Scipio in Elogijs Abb. Casin.*

*Casnum  
in signi pro-  
digio illu-  
stratur.*

*Altare mi-  
rè transla-  
tum.*

Ierum Gallia, sanctorum hominum perditissimo hoc sæculo feracissima, stellam insignem Sydereis Emyprei cœli transmittit mansionibus, sanctæ memoriæ Patrem Joannem à Sancto Dionysio, sacrae Congregationis nostræ Fulienfis ascetam perfectissimum. De eo sic breviter, Carolus à S. MARIA sæpè citatus: Joannes à S. Dionysio Parisinus, à primis annis, in Monasterio S. Dionysij prope Lutetiam Monachus, vir fuit in Congregatione nostra, dono Contemplationis & orationis multum præditus, silentioque ita addictus, ut vix submis-

*Ven. Joannes à S.  
Dionysio.*

*Ejus Sym-  
bolum.*

sa voce, idque breviter loqueretur; unde quasi in proverbium has voces usurpabat, *Facere & pati, silentio & solitudine*, maximam Monachi perfectionem in his consistere virtutibus indicans: ideoque multis annis Præfecturam Novitiorum tenuit, primus in labore manuum, assiduitate in Choro, in humilitate & obedientia reliquos anteivit. Maximum patientiæ exemplum in longioribus morbis dedit. obiit Parisijs die 1. Julij anni præsentis 1627. cujus memoriam in Menologio nostro celebramus.

*Ven. Mar-  
garita de  
Kilealdi.*

Sufficitur hoc anno incomparabili Principi & Abbatisæ S. Petri Remensis, Renata: à Lotharingia, Margarita de Kilealdi, Scota natione, à Maria Stuarta Regina Scotorum olim Renata: Seniori commendata, utriusque charissima, utriusque manus quasi dextra facta, postquam adolevisset, ita ut nihil absque Margarita hac faciendum susciperent, & majorem partem agendorum ipsi injungerent. Fuit siquidem ingenij præstantissimi, morum, studiorum, usus rerum eximijs dotibus præditam. Electionem quam primum calculo suo probavit Rex ipse Ludovicus XIII. cognita Margaritæ & prudentia & integritate, laudans quod factum erat, & Diplomate Regio confirmans, hoc ipso quoque anno novam electam consecrante Celsissimo Principe nostro Gabriele de Giffort, Archiepiscopo Remensi. Hæc ut erat Regiæ Cælorum addictissima, memorabili prorsus exemplo, statim post Benedictionem Abbatialem, abdicata à se dignitate recenti, multis profusis lachrymis, impensè admirabilem Matrem Virginem exoravit, ut ipsa inunctum ancillæ indignæ munus, in se susciperet, & gratiosè administraret atque exerceret; spondens se ei in omnibus obsequituram, ac quemvis sibi impensum & impendendum in omni vita honorem, Eidem sponte concessuram, jamque ex animo concedere, soloque vilissimi MARIE mancipij titulo, contentam fore, tamque Nobili obsequio velle subijci in æternum. Quare imposta Throno Abbatiali devotissima. Eiusdem Magnæ Matris & Virginis imagine cum hoc Lemmate: DOMINÆ ABBATISSÆ: nihil sine ejus ope aggredi, nihil mo-

*Deiparam  
pro se Ma-  
trem fa-  
miliam in-  
stituit.*

liri, nec se, nec alias omnes passa est. Eodem etiam die, quo solemniter inaugurata est, ab Archipræsule nostro Gabriele; eademmet Cælorum Augusta [ à qua se nihil unquam petiisse, quin acceperit, sæpius dictitabat ] revelante didicit, à se per duodecim annos regendum S. Petri Remensis Cænobium, ac postea felicissima à Domino requie donandam, quod re ipsa contigit. *Ex monumentis ejusdem Monast. & Amando Tribut.*

Hoc etiam ipso primo Regiminis five Margaritæ, five Magnæ Matris & Virginis anno, prolatata longè latèque Reformationis tam sanctæ fama, postulata in Abbatissam est, Dòmina Ludovica de Veteri Villa, celeberrimi Cænobij Ormantensis in Diocesi Meldensî Antistita salutata & consecrata, cujus Monasterij exemplo, plurima sese deinceps alia similiter accommodarunt, & sanctum vitæ rigorem laudabilissimè amplexa sunt. *Ex ipsdem.*

*Ludovica  
de Veteri  
Villa.*

Insignes & eruditionis & Virtutis radios in Indias ipsas effundunt nostri, tam Vallisoleranæ quam Cisterciensis Congregationum Asceta; diversis provincijs destinati Episcopi è quibus Facundus de Torres ex Monacho S. Facundi, & Generali Ordinis concionatore Regio Archiepiscopus Hispaniola, ejusque successor Petrus de Oviedo Hortensis Monachus, dein Quitenis Episcopus sub hunc ipsum annum universum Per vanum Orbem insigniter illustravit. Inter eruditos Hispaniæ & Scriptores illustres celebratur hoc anno Antonius Branduonius Abbas S. MARIE Ullisipponensis, Philippî IV. Regis Catholici in Regnis Lusitaniæ Archi-Historiographus, qui duos tomos Monarchiæ Lusitaniæ, plena fide & industria Bernardum Britum sequens publicavit.

*Facundus  
de Torres  
Archiepisc.  
Hispaniola*

*Petrus ab  
Oviedo Ar-  
chiepisc. Pe-  
ru illustrat.*

Extinguitur (absque affectu ullo, & nemine, qui noverit, suggillante dixerim) magnum sanè Ordinis nostri & Germaniæ universæ Prælatorum Decus & Ornamentum Reverendissimus Imperialis Cænobij Weingartensis Abbas Georgius, à viris prudentissimis, summisque Principibus pro illuminatissimo habitus, vulgo speculum Abbatum, Pater Pauperum, Humilitatis exemplar, celebratus: sui, pluri-

*Abbas  
Weingart  
Georgius  
moritur.*

plurimorumq; Cœnobiorum strenuus Reformatoꝝ, Prisca ſinceritas, & longè dignioribus Titulis, Vir verè ſanctus, Religioſorum omnium Patronus; à multis ſui ſæculi Miraculum, neque privatim, ſed palam & in magnis Procerum conſeſſibus, nemine reſfragante, tanta nomenclatura honoratus. Ipſum Archidux Sereniſſimus Leopoldus Ferdinandi II. Imperatoris Sanctiſſimi frater germanus pro Oraculo habuit, ut parentem coluit, in difficillimis rebus conſuluit, nonnunquam aliam inductus perſonam ſoli ipſi cognitus ſolus convenit. Præſul per omnia venerandus, qui uti in celebrando quotidiano, ſic vix unquam inter celebrandum abſque lachrymis fuit. Communibus ſaceris Religioſorum exercitijs diu noctuque tanquam cenſu ſeu ætate minimus quotidie interfuit; ægros, Novitiõsque indies bis terque viſitavit, in diſciplinæ conſervatione, & promotione nunquam, non totus fuit, viſus nonnulla multo ante & præſciſſe & prædixiſſe, quin & communem Patriæ Cataclyſinum prænunciando prævertiſſe, ſuiſque Religioſis prudenter caviſſe, & loca, ut ipſe vocabat, Refugij, comparaiſſe, ſic & magnorum Principum occaſum præſignaiſſe, comploſiſque manibus in lachrymas, & hæc ipſa condolentiſſimè *omnis conſummationis vidi ſinem*, erupiſſe. Mori non voluit, priuſquam humeros ſuos gravi Præſulaturæ onere exoneraret, digniſſimum ex animi ſui ſententia communi & concordia omnium, calculo electum, & incredibilis animi conſolatione naſtus, & arctè complexus ſucceſſorem, à quo & in extremis conſuetis SS. Eccleſiæ præmunitis Sacramentis; iſſique inexplicabili devotione ſuſceptis, tertio poſt Reſignationem menſe, die 10. Octobris incredibili non ſolum ſuorum, ſed omnium Religioſorum, imo & Archiducum, & Epiſcoporum aliorumque Germaniæ Superioris Abbatum & Procerum, Circuli maximè Suevici luctu ſanctiſſimè in Domino obdormivit; in innumeris longè latèque Cathedris deploratus juxta & mirificè celebratus; diverſiſſimorum Ordinum Religioſis, ipſi non aliter atq; proprio parenti piè parentantibus; quem ſatis etiam poſt mortem ſui venerari & oſculari inter

calentiſſimas lachrymas non potuerunt, multo minus tantæ Virtutis tantorumque obliſci meritorum atque vitæ ſanctioris exemplorum. *Ex collectis & dictatis iuſſu Superiorum ad calamum optimi Parentis dictis factiſſq; &c.*

Libet vel obiter à Georgio Abbate ſanctæ memoriæ ſui inprimis Weingartenſis Cœnobij aliorumque ab ipſo reformatoꝝ Monaſteriorum formam obiter adumbꝛare: Clauſuram inprimis, quod revera Clauſtrum æquè eſſet atque diceretur, voluit talem eſſe, quæ non tam ſenialicui Religioſo juxta Regulam commendaretur, quàm curæ Ipſimet Abbati, & in Conventu Priori incumberet, & nemo intraret, neque quidquam abſque illorum præſcitu & licentia ſive importeretur, ſive exportaretur, adeoque nemo cum exteris correſponderet, ſive etiam correſpondere poſſet. Fuitque in eam rem uſque adeo ipſe intentus, ut ſuum ipſe conclave eo vel maximè ſpectare vellet, ut & portæ Principis, & inde ad portam Conventus tranſitus ipſi in oculis ſemper eſſet, quod perfectiſſimè noſſet, quantum Clauſtris prioris ſæculi, Religioſorum cum ſæculo, imo quibuſcunque exteris, Dei domeſticis communio, & converſatio ſemper nocuiſſet. Hinc frequens loca Conventus omnia tanquam ſedulus & ſollicitus paſtor obire, & an ſuis caulis bene occluſa oviculæ, viſitare, Oſtium convenire, quidque elatum, illatumque exquirere, ut ſuſpecta merito ejus vigilantia omnibus eſſet, nec inaniter, viro tam ſancto, multa divinitus revelari metuerent. Hinc etiam extra cellam vagari placuit nemini, cum vix non poſſet in manus ejus incidere, & de cauſa vagandi illico interpellaretur, vel ad Priorem deferretur. Inde tanta quies, tantum in Cœnobio ſilentium, ac ſilentij ſtudium, ut in cellulis tanquam ſepulchro incluiſis, merito apprecareris, *beati mortui, qui in Domino mortuuntur. Et: Requiem æternam dona eis Domine. & lux perpetua luceat eis.* Eſt etiam plerique illuxit, ita ut in cellula viderent, quæ extra minimè advertiſſent, & utiliter occupare ſe diſcerent, adeoque nauſeam cum turpi otio à ſe proſuſ diſciterent, imo guſtare quam ſuavis eſt Dominus inciperent, ſemperque uti-

lius

Pro Sancto paſſim proclamatur.

Mira prædiſſe creditur.

Pater diverſorum Religioſorum.

Reformatio Salutatio.

Unde Clauſtrum dicitur.

Sollicitudo veri Paſtoris.

Extra cellam vagari permiſſum.

Silentij utilitas.

lius & religiosius sese occuparent. Sed & seclussissima aula, & gravissimè cautum fuit, ne quis hospitibus sive aulicis ministris se adjungeret seu colloqui posset; ipsisque Officialibus Religiosis inhiberetur ne præter horas sacris destinatas exercitijs & mensæ Regulari, in Conventu se detinerent, sive quidpiam de rebus exteris inferrent seu referrent. ita ut revera Sacer Conventus verum Claustrum nomen obtineret, & ab omni communione sæculi, in sancta quasi solitudine constitutus videretur.

Erant autem viri gravissimi & Religiosissimi in aula, & qui hospitibus, disciplinæ Claustralis, singularis modestiæ, temperantiæ, pietatis, sobrietatis, exempla præferrent, & honori suo Cænobio totique Ordini essent, quos præ alijs sæpius voluit à negotijs sæculi semotos, sacris, ut vocamus, Exercitijs in Conventu ipso seclusos, exerceri.

Sacræ paupertatis studium, & suo exemplo & singulari instantia & vigilantia mirificè promovit, vestibus proprijs sæpius relictis eo usque usus, donec plane inutiles redderentur. Ipsus quoque in Abbatiali conclavi, nihil ornatus nec nisi pictam vili pretio Crucifixi imaginem & cupro expressam DEIPARÆ iconem admisit. Cæteris omnibus nec una quidem alia imago in cellulis permittitur quam Crucifixi & DEIPARÆ cum Puero Jesu in ulnis, unius, ejusdemque à ligno impressionis; ut Capucini quotquot intuiti essent insigne hoc paupertatis studium mirarentur. Sed & quæ ad Breviarij usus permissæ viles admodum erant, nec ullo unquam tempore in recreationibus in exercitio ludorum honestissimorum concessum pro qualicumque vilissima imagine concertare, sed solummodo pro unius Ave Maria recitatione. Dicebat autem frequentius sollicitus pastor: *cavendum serio à Superioribus, ne etiam in rebus vilissimis, usu talium cresceret habendi desiderium, & quod non aliam, quam qua Mendicantium Ordines, paupertatem profiteremur.* Possent exempla prorsus miranda studij paupertatis exactissimi referre, quale non neminis cum paulo ante mortem, reculas suas excutens modicum quid, chartæ variè coloratæ [cujus hodie

multus usus est) deprehenderet, statim ad Superiorem referret; afferens: *se metuere, nequid paupertati contrarium à sua morte, alijs in scandalum relinqueret.*

Ita in usu ciborum & potus plurimi adeo cauti, ne sanctæ contravenirent Paupertati, vel etiam sociæ veræ paupertatis sobrietati, esurici quoque & siti nimium indulgere sibi videbantur dum revera soli satisfacerent necessitati. Erat plerisque tantum paupertatis studium, quantum avarissimis habendi est, nec mirum inde tanto etiam alia perfectionis studia & augmenta provenisse, ut celebre omnino Cænobij nomen esset, & certatim inde Religionis exemplaria ad varia loca postularentur. In Cultu Divino, Missarum oblatione, Divini Officij persolutione talis omnium devotio fuit, ut nemo non audientium sive spectantium compungeretur & mire accenderetur. Nunquam etiam, plurium decursu annorum, monitione opus fuit, nequid nimium deproperaretur; nequis sese Choro subduceret, nequid Choro indignum admitteret. Cæterum Cantum Gregorianum Georgius Abbas mirè commendabat. Figuratum raro admittebat, & hunc rarissime ad organum, absque ullo alio Musico instrumento quæ pessimè oderat, & multas olim in Ordines diversas distractiones, sacri rigoris, & silentij relaxationes, in ipso templo levitates, imo scurrilitates inducitur prædixerat.

Ipsè sub Gregoriano cantu sæpius, ferè autem semper dum sacris operaretur lachrymis defluebat. Sollicitus vel maximè fuit, quomodo se quis occuparet & Priori atque Subpriori sæpe ac serio commendavit, nequem otiosi permitterent, sed omnis generis utiles occupationes excogitarent, & cuius ingenio convenientiora exquirerent, ne in perniciosissimo Religiosis otio turpiter mergerentur. *Semper peccatus*, ut vocat sanctissimus Legislator noster, plures habuit, viros revera spirituales, lucrandis animabus intentissimos, qui scitè admodum etiam apud illos insinuare se poterant, qui seipsos regere minus poterant, sive per ætatem, sive aliquam animi dissolutionem, quorum opera feliciter usus est, ita ut per sua colloquia, DEI spiritu accensa, plurimos non solum lu-

Quales  
Economii  
Gravarij?

sim. an-  
paupertatis  
studium.

Patrum  
Conventus  
Paupertas.

Res digna  
memoratu.

Sobrietas  
Religiosa.

Cultus Na-  
minii.

Gregoriani  
Cantus  
commenda-  
tio.

Instrumen-  
ta Musica  
proscripta.

Otiosus pro-  
scriptio.

Semper peccatum  
usum  
& commenda-  
tio.

*Crapula  
deglatio.*

*Novitio-  
rum cura.*

*Ingenia  
magna se-  
pe pericu-  
losa.*

*Qui Reli-  
giosi imp-  
ti ad pro-  
fana Offi-  
cia.*

*Dignis &  
prudens  
Abbatu re-  
sponso.*

*Requisita  
Novitio-  
rum.*

*Seria mo-  
nitio.*

crarentur, sed aptos quoque redderent alios lucrandi, & ad studia perfectionis accendendi. Nec pauci fuerunt hujusmodi, quorum opera evenit, ut plurimi libentius de rebus sacris & Divinis quam de profanis discurrerent, & revera qui inde revertissent, insigniter se recreatos faterentur. Odit pessimè vino plus æquo deditos, & curandum omnino dixit, ne ad domestica negotia promoverentur, ne vel excedendi occasionem haberent, vel scandalo alij essent, requiri autem ad negotia. Cænobij exemplaria summa sobrietatis, & benè fundatæ modestiæ & Religionis. Novitiorum curam tantam habuit, ut nulla non die Novitiatū, imo ter plerumque & sæpius visitaret, cum Conventum quotidie sedulus obiret, idque unum, quod verus pastor, vigilando semper sollicitè ageret. Scienciatatus autem: *quomodo sacri Tyrones se haberent? cum quandoque ab ingenio felicior commendantur: nolim nolim ab hoc mihi commendentur, quæ heteroclitia plerumque sunt, nec communi gradiuntur semina, sibi magis & suo arbitrio vivere promptiores, quam Superiorum:* Addens: quod si dein omnia absolverint studia, Cellarios magis exambiant agere, quam uti talentis à Numine concessis. Retulit autem: *eo ipso ineptissimum quemque se prodere & irreligiosissimum, qui comprobetur talia munia affectare.* Ridiculum illud quod ipse sæpius narravit: *occurrisse quandoque ad se, qui paulo post moriturum se assereret præ vite tædio, nisi ejusmodi occupationem haberet.* Ergo, mi Pater, aliter Te ad mortem disponas, & sacra statim Exercitia facias. neque enim conducunt ad vitam que desideras. Nos, qui Religiosi sumus, aliam vitam, & ad hanc alia media inquirimus. Dixit autem: *mediocritia se amare ingenia, que labore acquisita & servem diutius & exerceam libentius.* Sanctissimum vero Patrem, longè alia exquirere in Novitijs: si verè DEUM querat? si sollicitus sit ad Opus DEI? ad Obedientiam? ad opprobria? &c. *Quæ nos Senes oportebat à teneris annis exercitatos multo perfectius addidicisse atque inde erubescere, si non melius Novitijs caleamus.* Suos ad nutum omnem tam promptos quam obedientes habuit, solitus dicere: *Nemini peius, quam si sibi relinqueretur, nemini melius, quam si sibi*

*nihil optaret, sed in Obedientia & scopum & felicitatem poneret.* Et re vera idipsum & experti & fassi permulti sunt: *Nuspian, quàm cum Obedientia consistere DEI benedictionem. Domus DEI decorem diligere se dixit, ceterum adium Asceticarum & Conventus, absque ullo splendore modestiam & commoditatem.* Nullos sibi chariores hospites dixit, quam quos in oculis mensæ suæ videret, humi confidentes, Superiorum, commendans industriam, si nihil levium etiam culparum sincerent impunitum.

Fuit insigni in omnes filios charitate, unde etiam ab omnibus unice dilectus, ut nihil non ultro caverent & fugerent, quod tam charo parenti, aut tristitiam faceret, aut displiceret, ne dum gravius offenderet. Circa ægrotos mira sollicitudo, & cura extitit, quos sæpius in die visitavit, & animavit, & si è vita periclitarentur, consilio salutari ipsè adfuit, totique sacro Cæui eisdem in preces commendavit. Sic & subditos Cænobij tanquam filios dilexit eisdemque benigne habuit, & à suis haberi voluit, ut & ipsi non tam Dominum se habere quam Patrem faterentur. Ipsum summi infimique coluerunt mirifice, & plerique pro sancto habuere, & passim etiam celebravere. Ipsum Archidux Leopoldus patrem appellavit & caput illius modicum detegens capillòsque canos manu demulcens albæ gallinæ filium se appellavit. Veldkirchium quandoque cum idem occurreret, & tunc in S. Joannis præfens Abbas Georgius, ingressuro Urbem pedes bacillo nixus obviam veniret, equo defiliens illico Archidux, eidem passis brachijs, tota spectante Urbe & ipse obvius ivit, & senem arcè complexus scipionem minoris notæ eripuit, sibi que retentum suum ex ebano dedit quo cum multa deinceps contulit. Ad ipsū alias sæpius ex itinere diverit, quandoque Archiducem dissimulans unico comitatus famulo, solus cum solo canavit, & in multam noctem, gravissima cum ipso negotia contulit. Sic & sacros ejusdem filios magni fecit, & ad diversa Tirolis, Alfatia, Brisiacæ, Hercinia Cænobia Religionis exemplaria & Colonias expetit, cumque ipsè Regulari sæpius

*Obedientia  
Religioso-  
rum.*

*Splendor  
Domus  
Dei.*

*Hospites  
gratissimi.*

*Charitas  
Abbatu.*

*Ægrotorum  
cura.*

*Subdito-  
rum pa-  
rens.*

*Amor  
Principum.*

*Archiduci  
charu.*

*Hujus de-  
votio.*

mensa uti, in delicijs habuit. Nec minus Georgium Duces Bavariæ coluere, varijs muneribus honorare, aliisque inter Sacellum ejus domesticum pretiosissimâ altaris tabulâ Ebena & pretiosissimis Reliquijs sanctorum circumdatâ, cum alijs sacris muneribus & paramentis donavere. Sic & Catharina Archiducissâ & ipsum & sacros ejus filios coluit, ut proprijs manibus auro & argento sacra velatexeret, & bellaria conficeret, in solatium Regularis jejunii Conventui de nocte pro cænula, quam Collationem, vocant, dispensanda. Ita Episcopi diversi, exteri eo sæpe divertentes Principes Hispani, Itali tanti Abbatis contuitu alloquioque capti, rapri, Religionem & sanctitatem ejus multis præconijs celebrarunt, è quibus nonnemo libenter visurum se dixit, quantis honoribus à morte ipsum profecturus suus Conventus esset, dum nescio quantæ molis sumptuumque Mausoleo ipsum crederet honorandum. Ipse vero sibi commune, sibi cum Fratibus suis sepulchrum elegit, nec Epitaphium aliud scribi præcepit quam: *Obijt Frater Georgius Abbas &c.* Abbas tamen mori noluit, sed gravi ante mortem sarcina liberari, de Successoris ad Abbatiale munus requisitis commendandis valde sollicitus, ne alius quam qui tanto muneri esset aptissimus deligeretur. Fuit is ipse ex omni animi ejus sententia, cui plurimis annis Conventum, Prioris Titulo commiserat, Franciscus, Joannis Francisci Liberi Baronis de Landræe, qui hodie tot Legationibus ad diversos Imperij Principes & Conventus procerum industriam suam probat commendatque Cæsari, ejusdem in Aula Electoris Moguntini Oratoris & Residentis, patruus, frater Germanus Georgij Electi Curienfis Episcopi & Decani Cathedralis Constantientis, nec non Conradi Cathedralis Augustani Canonici, omni Virtutum genere cultissimus. Cujus Electione tantopere sanctus senex recreatus est, ut vix præ gaudio capere se videretur, ac propterea suis mirificè gratularetur, ac prorumperet in illa grandavi Simeonis, *Nunc dimittis Servû Tuû Domine, &c.* Fuit Franciscus hic Georgij Successor, Imperialis Vinearum Cænobij Abbas, Angelicæ puritatis animo præditus, to-

tus dum Priorè ageret, rebus Divinis & spiritualibus deditus, tali modestia, frugalitate, mansuetudine, inque rebus gerendis dexteritate, ut nemini non & admirationi & venerationi esset. Poterat solus ipsius contuitus pro Regula omnibus esse, ita ut quid quis delinqueret, ad ipsius integritatem comparando merito erubesceret & corrigeret. Ipse inscripta cordi omnium nomina habuit, imo ut mater filios sinu suo fovit, Novitios autem & Juniores velut lacte pavit. Horum confessiones ipse excepit, & singulis, quæ legent, quæ meditarentur præscripsit, quæque legissent & meditati essent, ita familiariter & suaviter cum illis contulit, adeoque efficaciter ad altiora Divinarum rerum studia ipsos concitavit, ut non possent non ejusdem monitis gratiosissimis acquiescere & proficere, cum omnis alloquutio ejus, ipsaque vocis & morum, gratia omnes mirificè afficerent, omniumque corda raperent & arètè attinerent. Inde matua quoque & verè fraterna inter omnes affectio, ut in hæc Psalms Regij unanimiter omnes conspirarent: *Eccè quàm bonum & jucundum, habitare fratres in unum.* Certè talis Cænobij status hoc tempore fuit, ut non primævi solùm Ordinis, sed Ecclesiæ sub primi laboris Apostolici fructuum, tempore faciem referret, & undecunque live Religiosi, live sæculares hospites occurrerent, DE O Domino laudem darent, & in hæc Davidica erumperent: *Beati qui habitant in Domo tua Domine dum revera cœlestis quædam fragrantia omnium animos afficeret.* Cæterum quo jam antequam Abbas eligeretur erat ferventissimo ad Cultum Deo promovendum animo, mox ab Electione, conspicuum, omnibus reddidit, quàm exactè ea sibi Psalms convenirent: *Domine dilexi decorem Domus Tue, & locum habitationis glorie tue.* Cum omnes suas cogitationes eo intenderet, deque nulla re alia sæpius & ferventius colloqueretur, quàm quomodo Ecclesiam suam pro dignitate Numinis excoleret & adornaret; Ac proinde in cognitionem veniens Architectorum Liguriæ Principis Guilijs Beasonis ejusdem Redivivi Apellis, ipsi per litteras mentem aperuit, tantique viri consilio, totam Cænobij Ba-

*Alij Principes quanti ipsam faciunt.*

*Exteri Principes.*

*Ejus humilitas.*

*Ejus successory Franciscus.*

*Francisci Abbatis ex fratris nepos.*

*De Francisci Electione plausus.*

*Regularis Vita exemplar.*

*Novitiorum Institutio.*

*Hospitum admiratio.*

*Fama Cænobij & gloria.*

*Francisci Abbatis pia mentio.*

fillicam, fornicibus concamerare, singulari inventione ex cupro constituit, & hoc quamprimum non minimo sumptu statuit, quod columnæ templi ex unico quævis & solido lapide, lapideæ sustinendæ moli non sufficerent, sed & Bensoniana manu tabulas omnes altarium pingi curavit, tanta revera Apellæ artis commendatione, ut nil illis simile longè latè que spectaretur. Sed & ad alia templi ornamenta peristromata sacrasque Conversus vestes animum adjecit, nihilque non Deo dignum voluit, quantum illo largiente posset, in ipsum refundere gestiens largitorem, grati animi signa quanta posset referendo, & referre gestiendo. Et revera tantos conatus placuisse Numini & ipsi paruit & universis, tanta affluente cœli benedictione, ut à tot conditi primum Cænobij sæculis, nullo unquam tempore, adeo celebre famâ, fortunâ, sacrâ & profanâ rerum omnium affluentia & beatitate emineret & effulgeret, donec communi patriæ tempestate, & calamitate involveretur, & caraclyfno Suecico inundaretur. In quo tamen Francisci nostri, in adversis constantia & erga DEUM fiducia in ipso exilio tantopere emuit, ut admirationi omnibus esset, gratiasque non minus Deo quam rebus prosperrimis ageret, assereretque: si etiam necessaria vitæ & panis sibi quotidianus deesset ac deinceps deforet, excogitaturum nihilominus quæ largitori rerum omnium daret, qui sibi nihil deberet & tamen dedisset & se tantopere ad reddendas gratias obligasset, quas aliter reddere non posset, nisi honorem ipsius pro virili promovendo. Intercepit conatus maximos & præmijs æternis antevertere voluit Magnum Numen, & tantis quas nunc experimur procellis ac fluctibus, grandini & fluminibus in montes æternitatis præripuit, cum vix decennium Vinæ verè electæ & Deo dilectæ præstitisset, cujus alias Vitæ præclarè gesta singulari & pleno volumine descripsimus. Decessit Præsul verè magnus & æterna dignus memoria 1. Oct. anni 1637. sibi ad extremum usque anhelitum præsentissimus, sub Vesperis & cantico exultationis Marianæ Magnificat, cum paulo ante mihi imperasset Litanias Lau-

retanas pro felici morte recitare, & ut poterat quàm devotissimè responderet. Cujus Virgineum corpus sub Anatomia adeo nihil corrupti odoris prodidit, ut qui aderant supra modum mirarentur. Sub hoc Vinca Domini verè floruit, latè fronduit & tanquam Octobri mense fructum uberrimum dedit in tempore suo. Nunc vero ad semitam Historiæ redeamus.

Extinguitur hoc ipso anno memorabile solidè ad DEUM conversæ & mirè poenitentis Animæ exemplar, Venerabilis Maria Bonaventura, Romana Patricia, Monialis Ordinis nostri, Monasterij Turris Speculorum, quæ per sacra Exercitia viri Sanctissimi Garzia de Cisneros nostri à S. Ignatio tantopere commendata & prolata, ab eadem suscepta, tantos moventis gratiosissimè dextra Dei impulsus experta est; ut tota prorsus mutata, & nova quasi Numinis effecta Creatura, ex eo tempore admirationi omnibus esset, & brevi agone consummata, expleter tempora multa. cujus vocationem & conversionem, plurimis, ut speramus fore salutarem, subijcere placuit. Decessit hoc anno die 26. Februarij. De qua R. P. Nicolaus Lancicius à Soc. J. Tom. 1. Opuscul. Spirit. Opus. 6. cap. 22. quem nunc ipsum audiamus:

Exstat Rome, inquit, Monasterium, Turris Speculorum appellatum, pluribus quàm centum è primâ Romanâ nobilitate Virginitibus refertum, & magnæ probitatis famâ, eaque non inani celeberrimum, à S. Franciscâ Romana fundatum, Ordinis Sancti Benedicti. In hoc Monasterio anno 1626. vixit ex nobilibus orta parentibus Romanus Virgo, Maria Bonaventura, insigni specie corporis, & raro ingenij acumine, ac judicio prædita; astrorum cognitione, & scribendorum Italicè versuum peritiâ ornata, & ob generositatem animi, ac morum suavitatem, cum eximia prudentiâ conjunctam, omnibus valde chara: sed spiritualibus rebus ac personis parum addicta, & latis conversationibus cum domesticis & secularibus plus æquo dedita. Hac per occasionem, ut spiritualibus se sineret Exercitijs excoli, quoniam ob naturæ indolem ad præclara quæque aptissima videbatur, compellata, resistit initio, & cum cachinno consilium rejectit. Tandem verò alijs quoque Monialibus eam perur-

G g 2 gen

Ven. Maria  
Bonaven-  
tura.

Domus Dei  
decor.

Divina ap-  
probatio.

Rebus ad-  
versis lau-  
data con-  
stantia.

Nil sancti-  
us animi  
gratitudi-  
ne.

Francisci  
Abbatis  
Vita & ge-  
sta.



gentibus manus dedit, naturā licet admodum repugnante; & rogavit Confessarium, hac ut exercitia pro DEI amore sibi quoque traderet.

Apparuit se ad illa pura, & ingenti ad Deum fiducia, cuius amore insolitum sibi elegisset secessum, & insuetum silentij rigorem, cum diuturno meditando labore; leuitā grandi, quod videret amplam sibi à Deo fieri tractandi, & agendi cum ipso liberrimè pro salute suā, & beatā aeternitate potestatem; Firmissimo animi proposito vincendi naturæ repugnantiam ad solitudinem, & Exercitiorum difficultatem; Nudā denique, & nullā exceptione, aut limitibus circumscriptā sui oblatione, suaque in Divinam voluntatem libertatis transfusione; ut se, candido velut folio scribere dignaretur Deus, quæcumque deinceps vellet ab eā, sive deseri, sive vitari, sive inchoari, fieri, atque perfici.

His 4. affectibus armata in apertum cum naturā, ac demone certamen descendit, & ipso Martij initio Anno 1626. Exercitia inchoavit; quorum primo die cum per horas aliquot summā mentis attentione ponderasset finis, ad quem creata erat, excellentiam, mediocritatemque ad eum consequendum neglectum, deplorato inprimis tam insigni tantorum beneficiorum abusu, gratissimus pro tam nobili Creationis suæ termino, ac præstantiā mediocritatem ad eum obtinendam actus, imploratis deinde divinis ad illum necessarijs auxilijs; Tanto repente lumine & fervore divinitus se repletam sensu, ut se generosissimè resolveret ad inveniendam deinceps perfectissimam vivendi rationem, à vitā anticæclā prorsus diversam.

Stabilitā coram Deo hac resolutione, ipso illo die Confessarium adiit, & successum Meditationum narratura, sic exorsa est; Pater non oportet amplius joculari cum Deo; agnovi, quid à me velit Deus, quid nolit; volo tota esse Dei, ex totis viribus conari, ut sine ullā morā sancta evadam, non qualiscunque, sed Magna; & citò, & confirmata in proposito lecta abijt, ac re cum nullo communicata, pulcherrimo quo solebat, non femineam, sed virilem elegantissimi scriptoris manum referentē charactere, hanc sui oblationem post mortem illius primum repertam, hanc scripsit:

EGO MARIA BONAVENTURA  
Sera indignissima Crucifixi, qui motus infinitā suā bonitate dignatus est hoc die Venis, quarto Martij 1626. dum Exercitia

facio, dare mihi tantum robur, post multas & infinitas inspirationes, quibus ingrata semper restiti, convicta tandem à Divinā gratiā in conspectu SS. Trinitatis, B. Virginis meæ Matris, S. Franciscæ, & S. Mariæ Magdalene, meæ peculiari advocatæ, & totius Curie celestis, propono tibi & offero Jesu sponse anime meæ, à me infinites offensæ, nunquam amplius tradendi affectum meum ulli creaturæ extra Deum; ubi agnovero intercedere affectum, & tui servitij remoram; quod desidero, & propono obire cum maximo, quo poterō fervore, adjuncta Divinā gratiā tuā, sine quā cognosco, ne me quidem unam cogitationem posse dirigere ad calum. Et hanc oblationem Deus meus, & propositum quod facio, avellendi me à rebus omnibus, quæ me possunt à tuo sancto servitio elongare, tam libenter facio, ut si post meæ obsequia totā vitā meā tibi impensa volueris me detrudere ad infernum, ero contentissima, dummodo in me tua sanctissima voluntas adimpleatur. Quæcumque scripturam hanc meam me propria manus tibi dono, & confizo Jesu Creator, & anime meæ Redemptor, eamque in tuo sanctissimo latere depono, rogans per pretiosissima merita Sanguinis tui, ut mihi condones omnia peccata meā, nec permittas Dilectè Deus meus, te unquam amplius à me offendi, cum amplius non sim mea, sed tota Tua, Amen.

Facitā hac sui oblatione perrexit in faciendis Exercitijs per 10. dies tantā animi puritate, ut in Confessione etiam Sacramentali toto illo decem dierum spatio, ne minimum quidem Veniale peccatum ab eā commissum fuisse deprehensum sit; eo item fructu, ut post absolutā Exercitia præcipuum ejus studium fuerit, conservandi animam in summa quæ possit reperiri in hac vitā puritate; Omnes internas & externas actiones suas faciendi planè & adequatè iuxta lumen sibi divinitus concessum; Amantē crucem in omnibus & per omnia, cum desiderio patiendi quamplurima pro Deo, omniaque tolerandi sine excusatione, sine defensione; præcurandi denique citò magnam sanctitatem, idque ob solum Dei gustum, & gloriam.

Ferebatur ad hæc proposita tanto affectu, ut ardere videretur ferventissimo illa quàm perfectissimè exequendi desiderio. Hinc omnes omnino divinas inspirationes, nullā earum exceptā, etiam in difficillimis rebus executioni perfectè mandavit, addo immutata horum Exercitiorum beneficio;

ut prorsus omnes inordinata affectiones, multorum licet annorum consuetudine in eâ roborata, ex ejus animo excefferint, idque tam perfectè, ut non tantum non amplius placerent ea, qua illi antea in amoribus fuerant, sed vehementissimè etiam displicerent, & tanquam res foedissima & amarissime sensibilem quandam nauseam illi moverent.

Fovebat, alebatque, & augmentabat calorem istum quotidianis Vite, ac Passionis Christi meditationibus, fugâ occasionum peccandi, & oî; spirituum librorum lectione; exactâ silentij observantâ; repugnantiarum quarundam assiduâ mortificatione; accuratâ sensuum, oculorum præsertim, custodia; iernâ aut quaternâ per hebdomadam SS. Eucharistia sumptione, maxime verò præniâ coram, qua faciebat, aut dicebat consideratione, quibus studiis eò, Deo adjuvante, pervenit, ut à deliberratis Venialibus esset libera; sape verò nullam ad Confessionem asseret absolutiois materiam, sed aliquâ ex vitâ antea actâ consistere cogebatur; nec in plures, quàm duos aut tres ad summum, laboretur indeliberatis defectibus per totam hebdomadam, cõsque levissimos, dum interdum, quod raro accidebat, ob fragilitatem humanam à perfectissimo operandi modo recederet.

Nunquam postea de ullâ re quæstâ est; nunquam ab ullo casu perturbata, multas licet & justas querimoniarum, ac perturbationum haberet causas; nunquam deinceps minimam etiam temporis partem otiose traduxit; nunquam ullius dicta vel facta verbo vel mente perstrinxit; nunquam ullam personam accusavit; nunquam ullum ullius defectum alteri narravit; sed excusabat, & commendabat omnia. Tantus in eâ perfectissima Castitatis amor deinceps enituit, ut à primo Conversionis die usque ad vitæ suæ ultimum nullum prorsus Veniale peccatum, aut sine peccato defectum in materia Castitatis & honestatis admisisset. Eum in finem ab omni etiam involuntaria impuritatis imaginatione rerum etiam non malarum, sed naturalium custodivit animam suam, eaque de causa statim quassdam pias imagines, valde pretiosas à magni nominis antiquis pictoribus miro artificio pictas, sibi antea valde charos, eliminavit è cellâ sua, eam tantum ob rem, quod parvula sanctarum personarum corpuscula repræsentarent non undique recta. Nunquam postea, quod solebat

antea, usa est rebus odoriferis, vel pretiosis, solo tantum argenteo cochleari, & furculâ retentis. Omnes libros spiritalia non tractantes abiecit. Ab omni etiam honestissimo tactu aliarum Mortalium, & Vestium illarum abstinuit. A colloquijs secularium, pulvere nimirum Religiosorum cordium, etiam consanguineorum, aliarumque illustrium personarum, quibus antea magnopere delectabatur, penitus sese abstraxit, atque ita respectus humanos, ut neas illas bonarum actionum, generosè calcavit, omnibus prorsus munusculis dandis accipiendisq; à quocunque, & ad quemcunque contemptis. Quò verò plenius Divine se Majestati dicaret, capillos, quibus nuper prolixioribus delectabatur, ad ipsam capitis cutem abscidit; Omnes flores etiam manu arisficiosâ, qua ipsa mirificè excellere, efformatos extulit è cella; quin Reliquiarum adde, Crucemque argenteam inde asportavit, sacculo è vilissima materia, quo inclusas pauculas sanctorum Reliquias, cum effigie S. Eulalie, ac numismatis sanctorum Caroli, & Franciscæ, schedulaque Votorum suorum, & Oblationis suæ pendentes è collo habebat, contenta.

Omnia, que faciebat, cum eximio fervore facere conabatur, & cum internis actibus valde intensis, & ardentibus, ut eò majorem gustum præberet DEO, propter quem purè agebat omnia. Totum tempus ab officijs manualibus vacuum, orationi dabat tanto affectu, ut nulla alia esset occupatio, non superiori animi parti tantum, sed inferiori etiam æquè jucunda. In istis porro manualibus officijs orabat assiduè, habebatque in ijs non tantum unitam DEO mentem, sed eam quoque plenam intensis ergâ Deum affectibus, cum cerio quodam ardore bullientis cordis & divina charitate asnuantis.

Cum fama esset, nullis teneri Virgines illius Monasterij ex Navarri sententia Religiosis votis, Maria Bonaventura conceptis, ad ea, & disertis verbis sese obstrinxit; Et aliâs pia quadam Epistola, ad Virginem Gloriosam in calce existentem Italicè, & ferventer scripta, eandem Divinissimam Virginem sui ipsius, que, & quantâ fuerat, constituit heredem, anima, corpore, potentis, viribus, sensibus, &c. Illi donatione irrevocabili transcriptis; quibus omnino votis oblatisque DEO intimior facta, exitâ Ordinem liberalem in se Ejusdem manum persensit, tum alys in rebus, iam præcipuè in triplici spiritus Gustu, ad quem

quem in gradu valde sublimi repente pervenit; Rerum, inquam, divinorum perpetuo gustu, cuius beneficio nullum deinceps etiam involuntarium passa est unquam in divinis rebus, prolixis concionibus, lectionibus, Missarum protractionibus, &c. tedium, quæ antea nec sacro ad dimidiam horam duranti patienter adstiterat; Gustu ad Virtutes ac Sanctitatem tam arduè sibi indito, ut solâ simplici, & instamaneâ Virtutis alicujus apprehensione, cura moram efficaci eam exequendi voluntate raperetur; Gustu denique ac fame insatiabili quarumvis adversitatum, & afflictionum, famam præsertim & honorem impetierim.

Vigebat quoque in eâ admirandus ad Cruces etiam corporeas affectus. Bis quotidie per longum temporis spatium se flagellis acriter cadebat; ollas & lances in culinâ eluebat, in opera servilitatis, & spectantibus etiam politioris, contemptus, confusio, sanctique pudoris avida se ingererat. Infimæ Monasterij famula, manus horrendas, & fetidâ febri infectas habentis, medicæ herbarum folia purulento sanguine sanicque fluentia magnâ animi voluptate tanquam dulciora super mel & favum exsuxit.

Divina fruitionis tempus, cum poposcisset charitas abruptis, carere solatio sorores, jucundâ visitatione, & pijs colloquijs levans; morosa & tetrica nunquam, graviter leta, ac piè hilaris semper. Juniores Monasterij Virgines, ut totas se Deo, ac spiritualibus impenderent, exemplo precibus in cælum effusis, pijs suavisque sermonibus accendit. Affectum ad carnem & sanguinem penitus exuit. Cum contigisset, ut uno eodemque tempore quinque proximi consanguineorum in morbum incidissent, eique negata fuisset potestas à Monasterij Præsidente visitandi infirmos illos, quam tamen similem ob causam alijs Monialibus concedi cernebat, tulit id æquo, & hilari animo, cumque Monialis alia ætate & auctoritate gravis id ei se impetraturam promississet, obstinuit omni conatu, nè id faceret; non decere, aieus, in Christi famulatu extortâ per preces uti licentiâ.

Nullam prorsus rem, etiam bonam anxio, & absque æquilibrio animi, aut cum perturbatione aliquâ desideravit, sed tanquam Imperatrix & Domina suorum affectuum non sequebatur illos, sed eos illuc, quò Deus & recta ratio vocaret, dirigebat, & nullo prorsus casu, sive proprio, sive alieno perturbabatur. Hoc nempe erat

ei maximè in votis, primumque, & altissimum illius studium, ut per imitationem Sanctorum; ac Verbi Incarnati, ad similitudinem celestium spirituum mentis & corporis sui statum componeret, & purissimâ Beatus tranquillitate, ferventem in rerum Divinarum amore animum, & corpus servaret tranquillum.

His partibus currentem in Stadio Virtutum, seu potius volantem, cum jam cælo maturam videret Deus, acutissimâ pleuride, & febris maximis doloribus, quibus per spatium quatuordecim dierum cruciata est, plebs purgatam ad se evocavit. Non erant fervori illius intenzi sanis dolores; petijt igitur magnoperè à quodam Dei servo, sibi ut eos impetraret gravissimos; quos cum potita voto sentiret vehementissimos, addo tamen generoso animo tulit; ut fassa sit Confessario humani quidpiam in tantâ acerbitate metuenti, omnes illas sevitas sine illo impatientis nervo, aut perturbatione animi, imò cum magnâ latitiâ interna, majorumque tormentorum desiderio à se esse toleratos. Quare agones istos Christi patientis doloribus conjungens, summo cum affectu, & spiritus ardore DEO efferebat, verba hæc interea Seraphico quodam ardore sevis in geminans. Propter te Domine, & tibi. Non plus Domine, non plus; O dilecte Deus, quando Te videbo! Accipe me Domine, veruntamen non mea, sed Tua Voluntas fiat. Hæc illâ iterante admirando Spiritu, brachiaque in cælos extendente, cum tantâ vocis contentione atque clamoribus; ut cor ejus ex pectore exilire videretur, metuebat quidam Sacerdos secularis, cui Virtus Bonaventuræ perspecta non fuerat, dici talia ab illâ desiderio abbreviandorum dolorum, & fugâ Crucis; sed rogata desuper à Confessario respondit. Aliter se rem habere, & quantum ad se attineret, paratam se esse ad tolerandas ipsius inferni penas, si DEO ita videretur; sed cum agnoscat, perfectius in cælo se Deum glorificaturam, idcirco ad cæli domicilium se anhælare.

Ultimis Ecclesie Sacramentis munienta petijt ante sacrum Viaticum à Confessario, suo ut nomine (quando vehementiâ morbi sibi non permitteretur, ut ipsa quod cuperet, facere posset) scriptum quoddam secretum, à se morbi initio rectâ verborum formulâ conceptam legeret. Fecit id Confessarius allatâ SS. Eucharistiâ, leguque coram adstantibus Emissiones Paradysi arden-

denissimas, quibus continebantur Fidei, Spei, ferventissima ad DEUM charitatis, Complacentia, Benevolentia, Oblationis, adorationis, Detestationis, Abominationis, Doloris, Venia petitionis, laudis, Exultantia, altiarumque tum Cardinalium tum Moralium Virtutum actus sublimissimi, intensissimi, quibus perfectis Sanctissimam Eucharistiam. & post eam Unctionem Extremam sumpsit tanto pietatis sensu, ut ad magnam excitavit devotionem spectantes.

Totum infirmitatis tempus transegit summa quiete, & serenitate conscientia, & quamvis deploraret interdum Annos praeteritos male transactos, id tamen faciebat siliati cum dolore, sine detrimento interna pacis, & cum spe misericordiae Divinae, Christique meritorum auxiliis. Toto infirmitatis tempore exacte obediit sororibus sibi ministrantibus, nec de ulla re quaesita est. Cum rogaretur ab aliqua, ut se Domino post mortem in caelo commendaret, haec modeste quidem, sed audacter promisit, tanquam securam de caelesti gloria, se post mortem suam unam à Monialibus post se tracturam; & cum interrogata fuisset, quam irabere vellet, respondit non verbis, sed facie & oculis, quos subito defixit in Flaviam Domitillam de Maximis, Nobilem valde, ac piam Virginem, qua cum antea saepe de rebus divinis agere solebat. Et ita plane factum est; nam quindecim à morte Bonaventura diebus elapsis, prima omnium Flaviam Domitilla reverere desit, sancte & ipsa mortua post contritionem de peccatis sibi à Maria Bonaventura promissam, & statim post mortem impetratam.

Saepe in hac infirmitate excitabat sorores ad vitam perfectioris studia; & in partuulari ad fugam rerum à vita sancta advocantium, accusata vite suae avaritia tepiditate, & tot annorum à se expensorum jacluram, neglectuque meritorum, & acquirendarum in caelis coronarum.

Præmonita à Medicis, non superesse spem Vita, id sine perturbatione, & tristitia accipiens, cum magna resignatione animi; & tranquillâ ac serenâ cum Dei Voluntate conformitate, reliquum vitae oppressa licet morbis, & doloribus, in valde intensis ac ferventibus supernaturalibus actibus traduxit. Enimvero quicquid pro morborum ac dolorum remedio facere videbatur, actu quodam reflexo, & pio purè propter DEUM accipiebat, usque cum majori merito, ac DEI gustu hac omnia perageret, impetravit à Confessario & Monaste-

rij Praeside, ut omnia & singula, quae ex Medicorum praescripto examia sacrarum illarum Virginum Charitas roborandis, fovendisque illius viribus exhibebat, sibi tanquam res à sanctâ Obedientiâ imperatae aique praescripta praeberentur.

Mortui propinquior Vota Paupertatis, Castitatis & Obedientiae renovavit in manibus Monasterij Praesidis, saepe iterans magno cum corporis & animi ardore; In aeternum & ultra. Petijt postea legi sibi alia voce Psal. 102. Benedic anima mea Domino, & omnia, quae intra me sunt Nomini sancto ejus, quae verba magno cum affectu audiebat, verbis similes suos affectus conjungens, subsistens etiam diuturnius in nonnullis Psalmi sententijs sibi charis, & familiaribus. Posthaec rogavit omnes adstantes, ut flexis genibus peterent à DEO velocem animae suae à corpore dissolutionem, ut pertingere posset quamocius ad DEUM perfectius amandum. Idcum fieret, Crucifixi Imaginem osculabatur frequentius erumpens in verba; Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto; In Te Domine speravi, non confundar in aeternum; In. Manus tuas Domine, commendo spiritum meum; redemisti me Domine, Deus Veritatis; Semel exclamavit; O quantum doleo, meloqui non posse; causam rogata, respondit, Quia etiam non possum laudare DEUM, ut non tantum cor. meum & anima mea, sed caro etiam exultet in DEO meo. Sed cum dictum illi fuisset, DEUM quem habebat in corde & anima, voces audire mentis, placidissime acquievit.

Porro cum totum infirmitatis & agoniae tempus sine ullo peccato, & mentis perturbatione ac scupulo transegeret, iniecit ei una ante mortem hora, boni totius inimicus diabolus cogitationem, esse in animâ illius occultum aliquod peccatum, cujus intuitu digna non esset exaudiri à DEO, nec foret liberanda à vita hujus miseris, At evanuit inanis tentatio, quam primum eam Confessario aperuit.

His peractis petijt, ut Indulgentia plenaria sibi à sanctissimo Pontifice Urbano VIII. nominatim missa applicaretur, eaque accepta perrexit in solus suis affectibus, qui se per vultum & oculos in caelum erectos, manuumque gestus evidentiter prodebant, saepius iteratâ hac sententiâ; Gesù, è Maria lian in mia compagnia: Gesù & Maria, sint mecum in Viâ.

Tan-

Tandem usum linguæ, ac reliquorum sensuum amisit, & cum cessasset pristini corporis morientis angores, per medium quadrantem horæ, membris modestissime compositis sanctam animam DEO, quietissime tradidit Anno 1627. die 26. mensis Februarij; Anno ætatis suæ 25. quævis non per integrum annum sanctè vixerit, verè tamen de illà dici potest, Consummata in brevi, explevit tempora multa; & quod Sanctus Thomas de sanctis insignibus scripsit Opuscul. 17. cap. 7. Unus ab altioris sanctitatis gradu incipit, quàm sit summum alterius, ad quod per totam vitam suam alter pervenit; quod item sensit Mellissius Bernardus serm. 23. in Cantic. Qui amat ardentius, volat velocius, & citius pervenit; Perveniens, non dico repulsionem, sed nec cunctationem patitur; sine morâ aperitur ei, tanquam Domestica, tanquam Charissimæ, tanquam specialiter Dilectæ, & singulariter grata.

I E S U C H R I S T I A N N U S . M . D C . X X V I I I .

Sancti Patris Benedicti . M . C . X L V I I I .

Ven. Bernardus de Montgaillard Abbas.

**H**Aud impari luctu Gallia hoc anno creptum sibi à coelis queritur Reverendissimum Dominum Bernardum de Montgaillard, Monasterij Beati Mariæ Virginis de Aurea Valle in Ducatu Luxemburgensi, sacrae familiaris nostræ Cisterciensis Abbatem. Is anno ætatis decimo quinto, in Fulienfi sanctissimo Canobio admirabilem, de quo supra, vitæ rigorem amplexus, generosissimo animo, mori quotidie pro Christo in carnis mortificatione conatus, cum ejus sibi charissimi juvenis vitæ meueret Innocentius IX. Pontifex Maximus, inde ipsum, ad Cistercienses transtulit, sola apud hos obedientia retentum. Fuit juvenili ætate, ob ingentia animi talenta, & singularem eruditionem admirationi omnibus, quem [mirabile!] decimum octavum ætatis agentem annum Gallia sui Regis Henrici III. summum Concionatorem obstupuit, nec minus deinceps in transitu Hispania & Italia mirata, Roma ipsa mirum in modum extulit & suspexit; Belgium autem, annos quadraginta, maximo cum fructu & applausu audivit. Serenissimorum Alberti & Claræ Isabellæ Principum Aula Regia, septem fere lustris Ecclesiastem coluit, & ab ejus ore Mellissii Doctoris amulo

13. Annorum Concionator jam Regius

tota pependit. Idem generosissimo honorum omnium contemptu oblatas Pamensem, & Andegavensem in Gallia Episcopales infulas & Cathedras, Episcopatus oblatas recusavit. Alberti Archiducis jussu Nizellensis triennium, postmodum Auræ Vallis tres supra viginti annos Abbas; utriusque sed hujus præcipue, in utroque statu, non tam Reformator, quam de novo Fundator, dici jure merito potest. Vir fuit præclaris animi & ingenij dotibus ornatus, eximie in consilijs, tam secundum DEUM, quam secundum hominem, prudentiæ, omni scientiarum sive humanarum, sive Sacrationum genere, instructissimus, Divinæ & Spiritualis doctrinæ Magister insignis, Spirituum discretione mirabilis, in pauperes liberalis, familiariter conversatione blandus, in quocunque potuit beneficus; in eloquentia vix ulli secundus, Hæreseos & vitiorum oppugnator acerrimus, Catholica Religionis assertor invictus, humilis, mansuetus, nulli gravis, omnibus amabilis. Magnam vitæ partem, unica per diem refectio, plures Quadragesimas, bina tantum hebdomadis singulis tenuissimi cibi gustatione, noctes innumeras brevissimi delibatione somni, nuda cubans humo, sacro Bibliorum codice, pro cervicali contentus transegit. Tandem post acutissimas annorum plurium nephritidis & arthritidis passiones, novissimum vitæ decennium, patientia ad Medicorum etiam stuporem admiranda, in continuo traxit Martyrio. Perceptis Sanctissimi Viatici & unctionis extremæ Sacramentis, tres integras quibus supervixit septimanas, sacram quotidie mira devotione sumpsit Synaxim, & concessum à sanctissimo Domino nostro Urbano VIII. universale Jubilæum, triduo ante mortem in jubilo cordis est consequutus, ac tandem anno ætatis sexagesimo quinto, professionis quadragesimo nono, ipsa Dominica Ascensionis octava die, circa secundam pomeridianam obdormivit in Domino, sepultus juxta Dormitorij gradus, prout ipse ante mortem enixè petierat; vir signis prodigiosis illustrissimus, & nunquam sine honore nominandus. Ex Vita Msta. & Henriquezio.

Efflorescit non minus sub Margari-

ta

Episcopatus oblatas recusavit.

Ejus vita morabilis virtuti.

Mortuus fuit primus.

Felicissime extinguisset.